Fragmentarium

Quod si rubeus coloris fuerit. ex infectione hi͂ cognoscimus
sanguinis. Dein si etas tempus vel virtus pacientis permiserit. venam
cephalicam dextro in cubitum brachio et saguenum extimus sedi-
mites patientis. Post hec potiones refrigeratorias. et sanguinem evacu-
atos etribemus ut est sirupus oxizacharia. pruna. sebasten. iuiube. violo.
cassia fistula manna. et similia. At si niger locus fuerit. et velut
plumbeas scamas emiserit. quod ex colera nigra ortum esse credimus. hunc
humorem expellimus aqua cocta epithimo. pilulis stomachicon.
ierufiqua. ieragalieni. ieralogodion. et his similibus. hec omnia bibe cum aqua
epithimi. Si locus albus fuerit erit. et mollis. et ex eo humor velut
oleum exierit. cognoscimus ex flegmate infectum nasci. Cum medicandum
est et subiectis aqua cocta. agarico stomachico. iera fortissima galieni.
theodoricon. in quo nux muscata sit et costus. Gargarismos faciamus
ex oximelle. pulverem piperis et pigre adnigentes. Vomitum provocemus cum
oximelle cui admisceamus aquam cum aneto et salegemme et similibus
his. et galienus pigra se probasse capiti testatur. Postquam humor est ablatum
compiemus ad excludendam putredinem poris inclusam allaboremus.
Vnguentis quoque lenia adhibeamus diligenter cavente sed ne plus
cutis rumpatur. In primis vero caput radimus. illud exigimus pon-
nus nimia asperitate et mollitie carentibus. G. testatur sepe fri-
catione cutis rubuerit. cetras posse sanari. sin autem tardius
medicabuntur autem sic. Si ex calido sit humore totum caput per loca
scarificamus ut sanguis exeat et ex testis avellanarum pulverem sanguinem restringentes
lenem inducimus. et ex similibus sic ex pulvere capiti stercoris hirundi-
larum caput nar[?] et aceto. Deinde caput huiusmodi rebus lavetur. quibus furfura
ex calore nascentia purgentur. Si ex frigido humore patiatur similiter
caput radimus. et scarificatum. simul cum sanguine allio pistato inungimus.
Vel cum albo: euforbium oleo laurino triplici distemperantes illinimus. Radix
quoque canne et nasturcium in pulverem redacta. et oleo mixta prodest. et spuma
marina. Et squilla admisceat nitrum oleo amigdalino amaro. et herba fortis folia
pistata oleo et aceto mixta. pro unguento adhibemus et fimum columbinum
similiter distemperatum. amigdalas quoque amaras cum corticibus suis
incensas melli admiscemus. et caput ungimus. Peganum vel spuma. elleborum nigrum.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.10, 2r – Constantinus Africanus, Viaticus
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-pzsz/5142/49179)